



Universitätsbibliothek Paderborn

Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Leonardelli, Bonaventura

Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739

Q. 3. An qui nunquam in juventute confessus est prava desideria, &
pollutiiones, quia non putavit esse peccata, teneatur postea, cùm id rescit,
reiterare Confessiones, vel faltem peccata illa per ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41144

tollere, siquidem sine gravi suo incommodo, & scandalo potest, quod Suarez putat prudenti non esse difficile, si v. g. in alia Confessione interroget pœnitentem, utrum etiam de omnibus aliis jam expositis doleat, petatque ab iis rursus absolvi, si fortè indigeret tali absolutione, & siquidem affirmet, poterit ab omnibus una absolutione directè absolvi, sicque defectus emendari: Pro praxi tamen cum rarò detur talis opportunam onendi occasio, & plerumque id fieri nequeat sine gravi incommodo, aut detrimento honoris, & famæ Confessarii, utpote qui dicere deberet, se malè absolvisse, aut fortè non sine periculo violandi sigilli, idcirco poterit Confessarius se accommodare probabili multorum sententiæ deobligantium eum ad monendum ob rationem suprâ insinuatam, nisi probabiliter putaretur, pœnitens postea non confessurus, vel non habiturus amplius confitendi occasionem.

196 Ad 3. Q. respondet Bordonus in *Miscellan. Decis.* 321. talem, qui prava desideria, & mollitiem confessus non est, putans non esse peccata non teneri præteritas confessiones repetere, quia cum bona fide processerit, non peccavit, hujusmodi prava desideria non confitendo, atque adeò validè confessus est. Sed neque teneri ea postea confiteri, cum rescit, esse peccata. Rationem dat; quia præteri-

tæ præteritæ Confessiones non caruerunt sua integritate; integritas, enim Confessionis pro objecto habet solum peccatum cognitum ex parte pœnitentis; hic autem nunquam cognovit ea desideria, & pollutiones esse peccata, uti ponitur, ergo &c.

Econtra non esse quidem repetendas præteritas confessiones, sed sufficere, ut quis cum postea advertit, ea duntaxat confiteatur, quæ omisa fuerant, docent Sylvest. *V. confessio, n. 4. q. 3.* Navar. *C. fratres de pœn. dist. 5. n. 82.* Eman. *Sa V. confessio.* Leander. *de Sacram. tr. 5. D. 9. q. 69.* Laym. *l. 5. tr. 6. c. 9.* Bejap. *1. cas. 9.* Bonac. *Diana, qui tr. 14. R. 19.* ita loquitur: communiter asserunt DD. quòd, licet non teneatur iterare Confessionem, qui putat invincibiliter non esse mortale aliquod mortale, tamen hoc non obstante omnes asserunt, quòd teneatur confiteri peccata in priori confessione omisa, & ideò dicendum est contra Bordonum in casu posito non esse reiterandas Confessiones, sed explicanda, & confitenda omnia desideria in Confessionibus non explicata. Ita ille. Id, quod timoratorum praxis observat.

Ad 4. Q. putarunt non nulli 197 cum, & apud Carol. Baucium in *Miscellan. rom. 1. q. 474.* non teneri ita dubitantem repetere Confessionem, sed sufficere confiteri sub dubio